

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Oratio M. Furij Camilli ad pop. Rom. de non transmigrando Veios: Vna ex
T. Liuij grauissimis concionibus: Inuentio argumentorum, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

ORATIO MARCI FVRII

Camillo ad Pop. Rom. de non transmigrando Veios.

Bac oratio una est ex T. Livij grauissimis concessionibus. Inuentio argumentorum tota penè ab authoritate Religionis, & vrbis, Populi Romani gloria, & situs commodis. Dispositio à sacris transit ad humana. Elocutio grandis est, & paludata.

*Ex Livo
Ls. ab Ur-
be C.*

A Deo mihi acerbæ sunt (Quirites) contentiones cum Tribunis plebis, vt nec tristissimi exilio solarium aliud habuerim, quod Ardex vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram: & ab eadem hac, non nisi me Senatus consulto, Plebisque iusflui reuocaretis, sed iterum vñquā fuerim: nec nunc me, vt redirem, mea voluntas mutata, sed vestra fortuna perpulit. Quippe, ut in sua sede maneret patria, id agebatur, non ut ego utique in patria essem. Et nunc tacerem, & quiete serem libenter, nisi hac quoque pro patria dicimatis esset: cui desse, quod vita suppeditat, alijs turpe, Camillo etiam nefas est. Quid enim repetimus? quid obsecram ex hostiis manibus eripiimus, si recuperatam ipsi desierimus? Et cùm victoribus Galis, capta tota vrbe, Capitolium tamen, atque arem, Dijque, & homines Romani tenuerint, habitauerint: victoribus Romanis, recuperata vrbe, arx quoque, & Capitolium deseretur: Et plus iustitiae huic vrbi secunda nostra foreuna faciet, quam aduersa fecerit? Equidem sinobis cum vrbe simul posita, traditaque per manus simul religiones nullæ essent, tamen tam euidentis numen hac tempestate rebus adfuit Romanis, vt omnem negligentiam diuini cultus exemptam hominibus putem. Intaemini enim horum deinceps annorum, vel secundas, vel aduersas, inuenietis omnia prospera-uenisse sequentibus Deos; aduersa, spernentibus, iam omnium primum. Veiens bellum, per quot annos, quanto labore egestum: non antecipit finem, quam monitu Deorum aqua ex lacu Albano emissa est. Quid hæc tandem vrbis nostræ clades nouæ: non antecipata est,

quam spreta vox ccelo emissâ de aduentu Galorum, quam gentium ius à Legatis nostris violatum: quam à nobis, quam vindicari debet, eadem negligentia Deorum prætermissum: Igitur victi, capti, ac redempti, tantum pœnarum Dijs, hominibusque dedimus, vt terrarum orbi documento clemens. Ad uera deinde res admonuerunt religionis confugimus in Capitolium ad Deos, ad federa Louis Optimus Maximi: sacra in ruina rerum nostrarum alia terra celauimus, alia aucta in finitimas vrbes amouimus ab hostiis oculis: Deorum cultum, deserti ab Dijs, hominibusque, tamen non intermisimus. Redidere igitur patriam, & victoriaram, & antiquâ belli decus amissus: & in hostes, qui cæci auaritia, in pondere auri, fœdus, ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem, fugamque, & crudelitatem.

Hæc culti, neglectaque numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes, ecce Roma quid sentitis (Quirites) quantum vix dum ex Deorum naufragijs prioris calpæ, cladisque emergens plena, patremus nefas? Vrbem autem apicato, inauguatoque habemus conditam: nullus locus in ea non religionum, Deorumque est plenus: sacrificiis solemnibus non dies magis stat, quam loca sunt, in quibus siant. Hos omnes Deos publicos, priuatosque, Quirites, deserti estis? quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adolescenti Fabio, non minore hostium admitione, quam ligato vestra conspectum est, cum inter Gallica tela digressus ex arce, solemane Fabij gentis in colle Quirinali obiit: An gentilitia facta, ne in bello quidem intermitte, publica facta, & Romanos Deos, etiam in pace deseriri placet? & Pontifices, flaminesque negligentiores publicarum religionum esse, quam priuatus in solemani gentis fuerit: Fortitan aliquis dicat, aut Vejus ea non facturos, aut huc inde miseros sacerdotes nostros, qui faciant, quorum neutrum fieri saluis ceremonijs potest. Et ne omnia generatim facta, omnesque percessant Deos, in Louis epulo non alibi, quam in Capitolio, puluinar suscipi potest? Quid de æternis Vestæ ignibus, signoque, quod imperij pignus custodia eius templi tenetur loquar? quid de acilibus vestris? Mars Gradius, tuque Quirine pater, haec omnia in profano deferri placet facta, æqualia vrbi, quædam origine vrbis vetustiora? & videte, quid inter nos, & maiores nostros interfis: Illi sacra quædam in monte Albano, Lanuinoque nobis

nebis facienda tradiderunt. An ex hostium viribus Romanum ad nos transferri sacra religiosum fuit : hinc sine piaculo in hostium virbem Veios transferemus ? Recordamini, agite, dum quoties sacra instaurentur, quia aliquid ex patro ritu negligentia, casuve præterinsum est. Modo, quæ res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio latorum, auspiciorumque renouatio, affectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit ? At etiam tamquam veterum religionum memores, & peregrinos Deos transtulimus Romanum, & institutimus nouos. Iuno regina transvecta à Vejis nuper in Aventino, quam insigni ob excellens matronarum studium, celebre de die aetate est. Aio locuto templum propter celestem vocem exauditam in noua via iufsumus fieri: Capitolinos ludos solemnis aliis addidimus, collegiumque ad id nouum auctore senatu condidimus. Quid horum opus fuit suscipi, si virbem Romanam vna cum Gallis relicturi sumus ? Si non voluntate manamus in Capitolio per tot menses obsidionis ? Si ab hostibus metu retenti sumus ? De sacris loquimur, & de templis, quid tandem de sacerdotibus ? nonne in mentem venit, quantum piaculum committatur ? Vestalibus nempe vna illa sedes est, ex qua eas nihil vnam, præterquam virbs capta, mouit. Flaminii Diali noctem vnam manete extra virbem nefas est. Hoc Veientes pro Romanis facturi estis sacerdotes ? & vestales tuæ te defenserit Vesta ? & flamen peregrin habitando in singulis noctes tantum sibi, reique publicæ piaculi contrahet ? Quid alia, quæ auspicato agimus omnia fere intra pomorum, cui obliuionis, aut cui negligenter damus ? Comitia curiata, quibus Consules, tribunosque militares creatis : vbi auspicato, nisi vbi assident, fieri possunt ? Veios haec transferemus ? an comitorum causa populus tanto incommodo in desertam hanc ab Diis, hominibusque virbem conuenier ? Sed res ipsa cogit valtam incendijs, ruinisque relinquente virbem, & ad integra omnia Veios migrare, nec hic ædificando inopem plebem vexare : hanc autem iactari magis causam, quam veram esse, ut ego non dicam, apparere vobis (Quirites) puto, qui meministis ante Gallorum adventum saluis tectis publicis, priuatisque stante incolumi virbe, hanc eandem rem actam esse, ut Veios transmigremus. Et videte quantum inter meā sententiam, vestramq; interfit.

Tribuni vos, etiam si tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis : ego contra (nec id mirati sit, priusquam quale sit audiueritis) etiam si tunc migrandum fuisset incolumi tota virbe, nunc has ruinas relinqueridas non censerem. Quippe tum causa nobis in virbem captam migrandi victoria eset gloriosa nobis, ac posteris nostris, nunc hæc migratio nobis misera, & turpis, Gallis gloriofa est. Non enim reliquie victores, sed amissi vieti patriam videbimini. Hoc ad Alliam fuga, hoc capta virbs, hoc circumfessum Capitolium necessitatis imposuisse, ut defereremus Penates nostros, exiliumque, ac fugam nobis ex eo loco conficeremus, quem tueri non possemus ? Et Galli cuertere potuerunt Romanam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse. Quid restat, nisi vt si iam nouis copijs veniant, (constat enim vix credibile multitudinem esse) & habitare in capta abs se, deserta à nobis. Hac virbe velint, finitis ? Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes nostri Equi, Volscique faciant, ut commigrent Romanam ? Veliesne illos Romanos, vos Veientes esse ? Non malitias hanc solitudinem vestram, quam virbem hostium esse ? Non equidem video, quid magis nefas sit. Hæc sceleræ, quia piger ædificare, hæc decora pati, patati estis ? Si tota virbe nullum melius, ampliusque tecum fieri possit, quam casa illa conditoris est nostri, non casis ritu pastorum, agrestiumque habitare est statius in Patria ter sacra, penatesque vestros, quam exultatum amor, publice nec Maiores nostri conuenæ, pastoresque, quum in his locis nihil præter sylvas, paludesque esset, nouam virbem, tam breui ædificauerunt, nos Capitolio, aree incolunt, stantibus templis Deorum, ædificare incensam piget. Et quod singuli facturi fuimus, si ædes nostre desflagrarent, hoc in publico incendio vniuersi recusamus facere ? Quid tandem si fraude, si calu Virbi incendium ortum sit, ventoque, ut fieri potest, diffusa flamma, magnam partem virbis absumatur ? Fides inde, aut Gabios, aliamque, quam virbem quæsturi sumus, quo transmigremus ? Adeo nihil tenet solum patriæ, nec hæc terra quam maiorem appellamus : sed in superficie, significaque caritas nobis patrie pender ? Evidem facteur vobis (& si minus iniuriae vestrae, quam meæ calamitatis meminisse iuvat) quum obesse, quotiescumque patria in meutem veniret, hæc omnia occurrerant: colles, cam-

P P P Z pique

Albanus
lacus.Iuno Re-
gina.Flamen
Dialis.

Rome s.
tus.

pique , & Tyberis , & affueta oculus regio & hoc cœlum , sub quo natus , educatus qualem . Quæ vos (Quirites) nunc moueant potius charitate sua , ut maneat in sede vestra , quam postea , quum reliqueritis ea macerent desiderio . Non sine causa Dij , hominique hunc urbi condenda locum elegerunt , saluberrimos colles , flumen opportunum , quod ex mediterraneis locis fruges deuehantur , quod maritimi commicatus accipiuntur : mare vicinum ad commoditates , nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium exterritorum , regionum Italie medium . Ad inclemmentum urbis natum vnde locum , arguemento est ipsa magnitudo tam nouæ urbis .

Iuuentas
Terminus.

Trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis , Quirites , agitur . Intèr veterrimos populos tamdiu bella geritis , cum interea (ne singulas loquar urbes) non conuenti cum Aequis Volsci , tot , tam valida oppida , non vniuersa Etruria tantum terra , magisque pollens , atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiz , bello vobis est par . Quod quum ita sit , quæ (malum) ratio est expertus alia experiri ? Quum iam ut virtus vestra transire alio possit , fortuna certè loci huius transi hinc non possit ? Hic Capitolium est , ubi quondam capite humano invento , responsum est , eo loco caput rerum , summaque imperij forte . Hic , cum augurato liberaretur Capitolium , Iuuentas , Terminusque maximo gaudio Patrum nostrorum moueri se non possit : hic Vestæ ignes , hic ancilia cœlo demissa , hic omnes propitijs manentibus vobis Dij .

OECONOMIA

exat. onis.

- I. A persona aduersariorum exorditur ; in odium adducit , suam vero in patriam charitatem commendans bencivolentiam conciliat .
- II. Primum argum. à repugnantibus . Absurdum urben tanto sudore , & anguine seruatam relinquere , ut plus iustitatu secunda fortuna , quam aduersa fecisse videatur .
- III. A religione Deorum , quod est potentissimum argumentum . Nam , ut ait Aristoteles , septimo Politicorum , capite octavo . πρῶτη καὶ τρίτη θεοῦ επιμικτα , & Nicoph. Gregor . libro tertio , qui religionem cum visaciuili apte coniungit , eum

λέγεται οὐδὲν εἰ εἰστὰ βίλα τετράποτος . Potentissimus est dius ad optimam quaque , & populi salutem . Contra .

Dij multa negligi dederunt Hesperia malam luci nosse .

IV. Colligit presentiam Deorum ab enumeratione effectorum , ostendens quomodo sapientibus turbidus , & formidolosus adfuerint , & spreti , panis incusserint . Commemorat autem Albani lacum , Aium , & Fabij legatos . Albani lacus insigne prodigium notat Plutarch . in Camillo , qui astate ficea cum ceteri amnes exarescerent , Tam violentius intumuit , ut in summos colles restegnaret .

Vox Aij loquitur fuit , que præmonuit Romanos de aduentu Gallorum Livius libro quinto . Cicero primo de Diuinatione . Plutarchus in Camillo .

Quod ad legatos attinet , hos Livius explicat libro quinto . Legati Fabij tres ad Gallos missi contra ius gentium , armis sumptis tumultum fecerunt .

V. Premunitis terrore Deorum animis transi ad urbis auxicia , & sacra , in qua nullus locu , qui non religionum Deorumque sit plenus , sacrificiis etiam certio sedibus addictis , quæ piaculum est (inquit) defere . De ijs legendum Plutarch . in Romulo , & Numa , & Dionysius Halicarnassensis libro primo . &c .

VI. Argumentatur ab exemplo C. Fabij , cuius C. Fabij adhuc recens memoria . De quo hac habet Valesius Maximus libro primo . C. Fabius Dorsum Gabinius ritu cinctus manibus , humerisque sacra gerens per madias hostium stationes , in Quirinalem collum peruenit : ubi omnibus solenoni morte peractis , in Capitolium post diuinam veneracionem victricium armorum perinde , ac vitor rexit .

VII. Occurrit obiectio eorum , qui Romanos , aut sacra Veii facturos dicentes , aut Romanos sacerdotes missuros , qui procurarent ; quod incommode esse , & saluis ceremonijs fieri non posse ostendit . Porro puluinaria sunt lecti in Deorum festis , & sacrificijs strati . Vnde Iuuenal . Satyr . 6 . Puluinay Imperatoris dixit pro lecto , propter facram maiestatem .

Signum vero Ioue Capitolini , lapis Capitinus dicitur à D. Augustino libro secundo de civitate Dei , capite vigesimo nono , unde Ioue lapidem iurare , ob lapidum simulachrum . Post hac sacra commemorata Deos per apostrophen comode alloquitur , & populo ab exemplis maiorum

ierum vehementes patria superstitionis iniicit
faces.

VIII. Non tanti in patrij Dij curandi sunt,
sed & peregrini, qui cum hospitio excepti fuerint,
sine pasculo desiri non posunt. Hac superstitionis deliramenta. Certe Roma diligentissima superstitione habebatur collectum quicquid visquam fuerat vanis erroribus institutum (inquit) Sanctius Leo, ferm. i. de SS. Apostolis. Inno autem, cuius hic meminit, fuit Regina nomine consecrata. Hac Regina celi, dum quippe, perstringitur à Prophetis in sacris. Et Ierem. 7. facere placentas Reginam celi. Alij tamen per Reginam celi putant illuc intelligi stellam Veneris, vel Lune, qua clarissima face conspicua, celi militia instar Regina preesse videtur.

Vnde lapidem pellucidum, & eximium instar Luciferi in fronte Moloch uolu scupium, ab Ethnicis commemorata Occumenus in Actor. 7. de quo Amos cap. 5. Sidus Dei vestri. Vbi Septuaginta fidato Dei vestri ēquor, quod non men dūcōwān in derisionem idoli, non nulli Grati interpres verterunt.

IX. A Diis transiit ad sacerdotes, quos nefas, aut, auchere ex isto sacerorum domicilio, quod semper incolere, & cum flamini Dial noctem unam manere extra urbem nefas sit, quid futuram est, si per singulas noctes peregre habiatur?

X. A Comitiis urbis, que sufficere alii in locis fieri non possunt.

XI. Occurrit obiectio: & fontem huius consilii aperit, quod est prudentis eloquentie. Vbi enim artis rationum, quibus potissimum adulterij iniuntur obiecta est facilius iter patet ad reliqua. Occiso autem hisus migrationis, que pratecebatur, erat adficancis difficultas, & puli inopia, idcirco infra dicti animi imbecillitas nunc sanare contendit.

XII. Idcirco à religione transit ad gloriam. P.R. cui in hac migratione pessima decoris no-
Alliensis. raimuretus. Ad Alliam autem flumen, cuius hic meminuit, à Gallis Romani concisi, unde Alliensis dies. Festus Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi omnis, ab Allia fluvio, scilicet vbi Romanus fatus à Gallis exercitus.

XIII. Urget à nomine Romano & graui-
ter invertit: perstringit. Aristides praeclare de-
hac Romani nominis gloria, Ηγού τὸ Ρωμαῖον
ἔπει τὸ ιστορίας εὐ πόλεως ἀλλὰ γένες.

δυο μακρονήσους. Orat. 14. in Romanum, quae si dicet et, idem ei Romanum esse, ac orbis ter-
rarium ciueni.

XIV. Pergit signes animos inflammare, maximè à charitate patria, ex quo conser-
git gravis, morata, & ad persuadendum effi-
cax oratio, motibus etiam peropportuniis in-
censa.

XV. Addit in argumentum utilitatibus, quae gloris annexi debet, Roma situm, & commo-
da, De hac re legendus Aristid. oratione in Ro-
manis. καὶ λόγοι τοῦ ἀρχοῦ περὶ τῶν πολιτῶν
ἡ ἡγεμονία τῆς οἰκουμένης τοῦ Χριστοῦ
βασιλέως.

XVI. Ad summum sequitur peroratio, cui etiam grauiores, sanctioresq; apud P. R. historias de industria seruauit, ubi quod capite humano in Capitulo fundamenis reperto ait: nota Toli Vulcentant caput fuisse, quod Arnobius libr. 6.
adver, us gentes istarum rerum indignator ac-
curatissimus notat his verbis.

Reguatoris in populi Capitolio, quis est hominum qui ignoret Toli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat Toli ca-
ex fundaminis fedibus, caput hominis eu-
latum, non ante plurimum temporis, aut so-
lum sine partibus exteris, hoc enim quidam
ferunt, aut cum membris omnibus humatio-
nis officia fortiter? & cetera, quæ fuse ex-
equitur exagitan hanc vanitatem.

Capitolii.

ORATIO MARII AD QVI- rites de se, & de ea, quam parabat in Africam expeditionem.

Ex Salustio.

Mirifice composita est ad C. Maru ingenium
hec oratio. Est enim laconica, grandis,
stricta, neruosa, sublimis, sine arte artifi-
ciofissima.

Sic ego, Quirites, plerosq; non iisdem at-
tribus imperium à vobis petere, & post-
quam adepti sunt, gerere: primò industrios,

PPP 3. sup-